

www.e-rara.ch

**Matthiae Untzeri ... anatomia mercurii Spagirica seu de hydrargyri natura,
proprietas, viribus atque usu, libri duo**

Untzer, Matthias

Hallae-Saxonum, 1620

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7660>

Illustrissimo potentissimoque principi ac domino, dn. Mauritio Hassiae landgravio [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



ILLUSTRISSIMO
POTENTISSIMOQUE
PRINCIPI

AC DOMINO

DN.

MAURITIO
HASSIAE LAND-
GRAVIO,

COMITI IN CATTIMELIBOCO, DIETZA,
ZIGENHAINA, ET NIDDA &c.

PRINCIPI AC DOMINO MEO
Clementissimo.

Sempiternam Animæ, Corporisq; Salutem ac
Felicitem à DEO OPT: MAX: precor.

ILLUSTRISS: PRINCEPS,



Thi ditissima rerum Parentis NATU-
RE, visatque potestas, ubique fere
locorum, sapè etiam in minimis, vi-
libus atque abjectissimis rebus, ma-

EPISTOLA

gna, singularis & admiranda adpareat, inprimis tamen in METALLIS. ac MINERALIBUS, immensa prorsus ac incredibilis ea esse videtur. Ab his enim quantum eximij, beneficii commodi, ac emolumenti in miserum hoc genus mortalium redundet ac derivetur, notius omnino est ac manifestius, quam ut prolixè à nobis hinc demonstretur.

Testatur id præcipuè (prætereundo nunc consultò alias utilitates) infinitus penè numerus ac multitudo præstantissimorum laudatissimorumquè Remediorum, ex Metallicis corporibus, ad felicissimam plurimorum contumacium ac sæpè deploratorum morborum profligationem eradicationemque gravi ac periti Chymiatri, Pyrotechnicæque artis consulti manu, solemter erutorum atque eductorum, sine quorum præsidio alioquin seu adjumento, Medico quantumvis docto & exercitato, in Arte feliciter progredi, aut ceptam curationis telam, cum prospero successu pertexere, aut aliquid aliud, quod laudem mereatur singularem, præstare ac perficere vix interdum licet.

Et

DEDICATORIA.

Et quamvis hodie nonnulli Chymicomastiges, Livoris æstro perciti, Remedia Metallica, licet singulari curâ, exquisitoque studio elaborata concinnataq;, pro more suo, rabiosissimè adlatrent, eaquæ ceu summè venenata, ac deleteriæ qualitatis participia, apud imperitum vulgus, pessimis traducant calumniis, acerbisque infectentur convitiis, & ob id Manliano quodam imperio, ex Republ. ac civitate Medicâ, quàm longissimè proseribant atq; ejeciant. Nō est tamen, ut hujusmodi vanorum ac insanorum hominū dictis futilibus ac nugacibus, fidei habeamus quidquam vel aures ijs accommodemus. Cum enim verarum Chymicarum preparationum planè sint rudes atque ignari, prætereâq; in perimāda investigandâq; Metallicarum substantiarū naturâ, virtute, ac proprietatibus, vix ultra earū corticem fuerint progressi, Nucleum autē interiorē ne per trāsennam quidem inspexerint aut gustaverint unquam; ea propter non mirandū, illos tam pueriliter interdum ineptire, & de rebus incognitis, captumq; ipsorum longe transcendētib; præpostero facto iudicio,

ac tot tantisque in medium prolatis falsitatum, & absurditatum enormium portentis, stoliditatem suam insignem cum extremâ *avidusoria* ac malitiâ sæpè conjunctam, turpiter ita prodere, seseque aliorum risui exponere.

Inter cætera autem Metalla seu Mineralia, à Naturâ generatrice in Vitæ hujus usum producta, largiterque nobis donata, sanè non postremum dignitatis locum obtinere Argentum vivum seu MERCURIUM, sed potiùs hunc cum suâ, quam accepit, substantiæ nobilitate ac præstantiâ, tum utilitatis quoque, quam præstat, multiplicitate, pluribus aliis longè esse anteferendum, operosè nunc probandum non est, siquidem id apud omnes, non solum Chymicæ artis Sapientes Magistros, verùm etiam rerum Metallicarum excellentes artifices, jam dudum satis constat, adeoque apud ipsos in confesso est, ut qui temerè hoc negatum ire velit, is quoque Æthyopis nigredinem, aut Nivis albedinem negare velle, merito videatur. Nam ex MERCURIO, tamquam ex causâ materiali proximâ, concurrente tamen altero quoque Principio, nimirum

DEDICATORIA

SULPHURE, non solum reliqua Metalla, ut Aurum, Argentum, &c. Itemque semimetalla quædam, ut Bismuthum, Antimonium, Zinckium, &c. sub terrâ concrefcunt, ac generationis suæ capiunt primordium, quorum omnium alioquin maxima in Vitâ esset raritas ac indigentia, nisi singulari Dei dispositione ac benedictione, Mercurialis hæc substantia, in terræ recessibus penitioribus ac specubus, seu latebris secretioribus, semper præconcepta ac coalita prius exstaret. Verum etiam ille, variis Vitæ humanæ usibus ad primè est accommodatus, dum nimirum partim ad Auri & Argenti cogregationem: partim ad vasorum inaurationem: partim etiam ad aliorum Mechanicorum operum perfectionem ac expolitionem, necessario expetitur & adhibetur. Præcipuè tamen Medico quoque usui is non parum inservit, cum ex eo omnis generis præclara, pretiosa ac salutaria parantur ac componuntur medicamina, quæ in quarundam graviss; adfectionum morbificarum expugnatione, Sanitatisque labefactatæ recuperatione, opportunum, gratum, & exoptatum quam.

pluris

plurimis attulisse auxilium, multoties com-
perta fuere.

Quamvis autem de hoc Metallo seu Mine-
rali, ARGENTO VIVO nimirum, multi Viri do-
ctis: multa passim scriptis suis tradiderint ac
consignaverint, nemo tamen eorum, quod
scimus, huc usque prodiit, qui hanc materiam,
plenè solidèq; ex professo, peculiari quodam
Commentario pertractandam, aggredi fuerit
ausus, sed potius constat, pleraque omnia, quæ
apud illos, de hoc Argumenti genere leguntur
vel adstricta nimis ac concisa, vel manca prorsus
ac imperfecta esse, insuperque methodicæ
dispositionis aut perspicuitatis parum, confu-
sionis autem & obscuritatis habere plurimum,
nec avidi Lectoris animum explere, aut ejus
voto satisfacere.

Quod dum animadverterem, Ego, Divi-
ni numinis auxilio fretus, haurit ita pridem,
calcar præsertim addentibus aliis, cum B O-
N O D E O me adcinxi ad hunc de M E R C U-
R I O, seu Argento vivo Tractatum conscriben-
dum, in quo, quantum per pusillitatem
virium mearum quivi, omnia ea, quæ Medi-

DEDICATORIA.

co-Philosopho, de hujus Mineralis primâ origine seu generationis modo, naturâ item, qualitate, viribus atque usu, scitu cognituq; per quam sunt necessaria, clarè, perspicuè, apertè ac methodicè tradere, docere, atq; explicare unicè sum annisus, non alium ob finem, quam ut ijs, qui singulari quodam studio, seu animi ardore, ad jucundissimam rerum naturalium contemplationem, in primis verò ad Mineralium seu Metallorum cognitionem, eorumq; naturæ sedulam investigationem feruntur ac rapiuntur, aliquâ ex parte commodarem; insuperque alios quoque quotquot sunt, Eruditione, Virtute atque Autoritate per Europam præstantes Philosophos ac Medicos ad ulteriorem, pressiorem, exquisitioremque, tam mirabilis Naturæ hujus Metalli, indagationem ac scrutinium, ut & ad superaddenda, majorique limâ curâque perficienda, dilucidiûsque declaranda reliqua, quæ hîc à nobis vel prorsus omissa ac præterita, vel non satis limato judicio exposita, aut minus accommodatè congruèquè dicta fuêrunt, Scripti hujus publicatione inflammârem ac excitârem.

EPISTOLA

Quia autem pro Veteri more, aliquid suarum Lucubrationum in publicum emissuri, Principibus ac Magnatibus Viris id inscribere soleant, vel ut eorum æstimo, dignitate, atque autoritate maximâ, tamquàm septemplici Ajaxis clypeo tecti ac induti, lividorum Homuncionum fannas, ac irrisiones improbas, Sycophantarumque criminationes iniquissimas, aculeataque dicteria comprimant, aut procul à se removeant atque amoliantur: Vel, ut ab eorum augusti Nominis fulgore, aliquem claritatis ac Famæ radium in scripta sua quasi derivent: Idcirco & Ego ab utrâque istâ causâ, TIBI.

ILLUSTRIS: CELSISSIMEQUE
PRINCEPS.

τῇ δὴ νῦν γὰρ μέγιστον ἑωρτάκιον καὶ ὁ δὲ
*Hoc est: Maxima nunc cuius est ad summum gloria
cælum.*

Hoc quidquid est Opusculi, sacrum esse, & Illustris: Tux Celsi: Nomini, humiliter inscribere ac dedicare volui. Quis enim est, qui paulò penitiùs inspiciens egregias Illustr. T. Celsi. dotes ac Virtutes, lubens non fateatur

DEDICATORIA.

mecum, hodiè vix ullum aliquem reperiri Ma-
gnatum, in quo Animi magnitudo excellenti-
or: Religio ardentior: Justitia sanctior: Pru-
dentia clarior: Clementia moderatior: Muni-
ficentia illustrior: Doctrina elegantior: & Hu-
manitas amabilior, se se exerat atque ostendat,
quàm in Te ipso PRINCEPS ILLUSTRISSE ME.
Tu certo inter PRINCIPES VIROS, Littera-
rum ac Litteratorum omnium, NUMEN, LU-
MEN ac COLUMEN ferè nunces unicum, in cu-
jus, cum venerationem, tum admirationem,
trahuntur ac rapiuntur in terris Boni quique.
Tu, ut cum Poetâ, dicam, penè æstimân-
dus

— — σοφὸν μὲν ἀνὴρ καὶ ἀθάνατος

*Id est: Sapientiâ similis Diis immorta-
libus.*

Tu insuper Heroicarum tuarum Virtu-
tum admiratione, non solum omnes totius
Germaniæ oras atque angulos jamdudum
complevisti, verum etiam earundem luce
ac splendore, universum hunc cæ Europæ-
um orbem, instar radiantissimi cujus-
dam Syderis longè lateque collustrasti,

EPISTOLA

adeò ut nullus ferè nunc sit terrarum locus,
 quò illarum Fama Inclyta non penetrarit, &
 in quo Nomen Tuum Illustriſſimum, non a-
 metur magnoperè, ſuſpiciàtur ac celebretur.
 Nequè id ſanè immeritò, ſiquidem in confeſ-
 ſo eſt, publicèq; conſtat, Tuam ILLUST. CELSS.
 rarà quàdam Felicitate, ea omnia, quæ Morta-
 lium vota, vel à Naturâ; vel Virtute; vel Fortu-
 nâ exſpectare poſſunt, conſecutam eſſe cumu-
 latiſſimè, Naturæquè Genium, vel potiùs Dei
 præpotentis largam prodigamquè manum
 ſua bona ac dona, in EAM UNAM tantò
 benignius abundantiusquè effuſiſſe, quantò
 parcior in elargiendis indulgentiſque ijs, alijs,
 eadem hæcenus exſtiterit. In Te etiam, & Bel-
 lica Fortitudo, & Literaturæ politioris co-
 gnitio, tale invicem contraxère amicabile con-
 tubernium, ut hucusque apud omnes fuerit
 increpero, utra harum Virtutum in TUA IL-
 LUSTRIS: CELSIT; ſit vel amabilior, vel ve-
 nerabilior? ut & utrum EADEM T. J. C. ab iſtis
 plus claritatis acceperit; an verò iſtæ ab ILLA
 plus ſplendoris mutuata fuerint? Hiſce tam-
 dem accedit ILLUST. T. CELS. in litteras ac litte-

ratos

DEDICATORIA.

ratos amor ac beneficentia plane singularis,
quæ talis profectò tantaque existit, ut eam

— — *nec ventura silebunt*
Lustra, nec ignota rapiet sub nube, vetustas,
tacendo nunc divinum EJUSDEM de rebus quibuslibet
judicium, ingeniumque de omni eruditione probandâ, perspicacissimum. Cum enim TULPSE PRINCEPS POTENTISS. ET ILLUSTRISS, Litteris & Artibus, à teneris seu primis annis egregie imbutus excultusque fueris, easque tantum non ad miraculum hodie possideas, idcirco nemo melius rectiusque de illis, quemadmodum & de artificum scriptis ac laboribus judicare, Censuramque facere potest, quàm ea ipsa TUA CELSITUDO ILLUSTRISS:

Accipe igitur:
PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME.

Quem nunc debitâ animi subjectione ac reverentiâ T. J. C. hîc sisto, trado & consêcro, hunc Ingenii mei Partum, vultu serenissimo, eumque, ne fortè fiat Calumniæ epulum, & Obrectationis victima contra Alastor non fu-

ribundam rabiem, & maledicorum effrenem
 petulantiam, potentissimè defende, hoc cè præ-
 sertim corruptissimo factiosissimoquè ævo,
 in quo Bonorum Famæ ac ingeniis detractum
 ire, & vel optima præstantissimaquè quæquè
 arrodere, aut pessimis strophis depravare, tan-
 tum non laudi ducitur atquè Virtuti. Nam
 quamvis Momus ille, operum omnium, quæ
 Deorum, quæ Hominum, contemplator per-
 spicacissimus, eorumdemquè juxta cavillator
 ac reprehensor improbiissimus, jam olim qui-
 dem in humanis esse desierit, restibilis tamen
 adhuc est ejus soboles, sanè perquam nume-
 rosa, è vitæ hujus theatro haut prius exitura,
 quàm fathiscens orbis, circumactâ fatali peri-
 odo, illabatur.

Quam votivam gratiam, si à TUA Illu-
 stris: Celsit: impetravero, certò sibi persuade-
 at velim, me ILLI, ad quævis subjectissimi ani-
 mi obsequia, nullo non tempore, obnoxium
 & obligatum fore.

Quod superest, DEUM, coelestem illum
 πατριάρχην, devotis invoco ac sollicito preci-
 bus, ut ILLUSTR. TUAM CELSIT. ad Ecclesiæ &

DEDICATORIA.

Reipubl: Christianæ tutelam firmissimam, in
Nestoreos usquē annos, fospitem, florentē, ac
incolumem, in tranquillâ Pace ac Fortunâ
conservare, Consiliis EJUSDEM univērsis, fa-
ctis, ac conatibus piis & honestis, Autor, Ad-
jutor, & Director adsistere, ILLAMQ: tandem
sempiternâ ac cœlesti Felicitate beâre velit. Ita
quidem voveo; voventi faveat ALTISSIMUS,
TUAMQ. CELS. ILLUST. benignissimē Gratiâ
suâ foveat. Nunc vale, vige, flore æternū.

PRINCEPS ILLUSTRISIME

DOMINE CLEMENTISIME.

Dabam HALLE-SAXONUM, 10. die Mensis
Aprilis, ANNO Salutiferi Partus, MDCXX.

ILLUSTRIS. CELSIT. TUÆ

Humilimus & Devotissimus

MATTHIAS UNTZERUS D.

Medicus-Physicus ibidem.

Ordinar.

VIRO